



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 5. Excitat valde pusillanimes, etiam contra fortissimos hostes præostensum præmium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

intervallo visò illò signò, tantà conuolat diligentiã, tanto illi animo gestis subsidete; quid miramur D. Petrum, qui illud è vicino contemplabatur, adeo mente suspensum, tanto gaudio delibitum, vt ih̄l̄i vtra sibi creãt desiderandum, nec aliud gaudium expetendum, nec a'ias diuitias conquirendas, nec aliam gloriam expectandam: *Domine, bonum est nos hic esse.* Oculos atolle, Christiane, vexillum attende, miles es qui talem te gloriaris vt diximus dominica precedenti: considera possessionem, quam intendis caput Ecclesia.

*Quicumque Christum queritis
Oculos in alium tollite,
Ilic habebit visere
Signum perennis gloriæ.*

Hæc fuit Christi mens: Milites aduocare: Si quis vult venire post me: Domine, eleua vexillum. Eleua super nos signum lucis vultus tui. Placeat ad eum finem decreuit hanc visionem: *Ps. 118. dies s. x. &c.*

§. 5. Excitat valde pusillanimes, etiam contra fortissimos hostes, præstentium præmium.

Huius præmij præntensione ac diligenti consideratione excitabat sitentis ille dux militiæ Christiane D. Antonius milites suos de quo refert D. Athanasius, quod congruè hie proposito exponeret verba illa D. Pauli: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes & Potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in caelestibus.* Sanctissime Apostolè, meo iudicio non procedis more ducis animosi: Pro more enim habent refulgentia gloria Principes illustres, vt militibus animos suggerant, hostium vires enervare, deprimere, vilipendere et vt imbelles, ignaues, foecordes describere, qui ad primum impetum cessant arena, & terga vertant leporini: si enim eos inuictos, impavidos, vt incencios extollerent, quanto magis eorum vires animosque magnificarent, tanto militibus suis animos magis adimerent, redderentque timidiores: vt exemplo patuit in terræ promissionis exploratoribus. Explicabant populo terræ illius fecunditatem, vt patebat ex allatis secum frugibus, terram esse deliciarum, paradysum voluptatis, at huc terræ encomio, & frugum ostensionem, hoc attexerunt: *Populus quem aspeximus, proce a statura est &c. & genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ videmur.* Quod si terram hanc

Numer. 13. 33.

adipsi optarent, hoc non nisi crudelissimo bello, & contra hostes adeo robustes dimicando, crederent consequendum. Hæc hostium fortitudinis asserio sufficiebat, vt eis & animum & conceptum præficienti desiderium adimeret, imotalem illis incussit metum, vt cordis alas decerent, & ante congressum quasi victi desperarent, dicentes: *Nequaquam ad hunc populum valimus ascendere: quia fortior nobis est.* Tum in medium profuerunt Iosue & Caleb duces animosi, qui & ipsi terram lustrauerant, animos populi excitatum, dum asserunt, terræ huius obtentionem nullius esse negotij: nec esse tales ipsos inimicos, quales alij desiderant: quinimo ignaues, elumbos, imminutos, nullò præfidiò nullis viribus, quibus se nobis opponant, obarmatos: *Ne timetis populum terræ huius, quia sicut panem, ita possimus eos deuorare, rec. si que ab eis omne præsidium: Dominus nobiscum est, nolite timere.*

Numer. 14. 9.

Hanc regulam non videt. r. D. Paulus imitari: primò enim nobis offert prælij difficultatem, laboremque certaminis, hostium nostrorum esset fortitudinem, copias enumerat, potentiam extollit, & quod ex natura sua nobis sint adeo superiores, vt eis comparati ipsis locustis terram salientibus suis inferiores: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem.* Non nobis contereunda manus cum inimicis ex carne & sanguine, vt aliquid contra eos valeat ensis, sagitta, arcus, qui dermant, qui ore grauentur, qui quantu s animosi, laboribus fatigentur: *Sed aduersus Principes, & Potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia.* Formidabiles sunt hostes: ius oportet expugnes, Diaboli, Principes potentissimi rectores & nebrosi, spirituales, qui nec moriantur, nec possunt inermi, nec fatigentur, nec corporis grauitate deprimantur. An igitur non advertis, o Dei Apostolè, quod quanto nobis disantius exprimis nostrorum vires hostium, tanto magis nostras reddas segniores: Quis non timeat, ne te nobis hæc referente, terga vertamus, at a proiciamus, victi fugiamus? Optimò procellit in hoc modo, respondet D. Antonius. Timone te ipsum oscitabundus negligens, aut de facili obtinendam, quam præsumimus, credideris victoriam, scias autem animo scio tibi hanc conquisitionem arripendam, & vt de talibus gloriosorum hostibus referas triumphum, arma requiri fortiora, ie unia, mortificationes, vigilas, nec adeo potentes delictis hostes enervari, molli lectulo, mensa opipare instructa, tuis voluptatibus indulgendo, proinde statim adiungit: *Propterea ne ipse*

Ephes. 6. 12.

Ephes. 6. 12.

Arma. 13.

armatam Dei, ut possit resistere in die malo & in omnibus perfecti stare. State ergo succurati lumbos vestros in veritate, & mandati loricam iusticie & c. Summes fidei sententiam & c. Per eam orationem, & obsecrationem orantes omni tempore. Ad hoc progredere sedetis armis Dei te primum. Accipite armaturam Dei, id est eius favorem, subsidium & gratiam, ex parte vero tua coniungens, carnis tue striclas mortificationes. Succurati lumbos vestros. Unde, sciam orationem. Indicat Apostolus arma necessaria huic praxi, quod esse ex parte Dei, quadam ex tua, de quibus Dominica precedenti.

Secundo: (respondet D. Antonius) nota ab Apostolo apponi primum eminentissimum: hoc enim indicat, dum addit: In caelestibus; q. d. propter caelestia. Phrasi valde familiari S. pagine, sic enim dixit Deus Adam: Maledicta terra in opere tuo, q. d. propter opus tuum: propter peccatum tuum. Fateor, arduum est, ac cum primis operosum, hoc stratagemata, congressus ille, multi laboris conquisitio, verum tamen mentem reflecte certamen inire, hostes prostrare, congressibus defatigari, cuncta hæc fieri: In caelestibus: propter regnum caelorum.

Nihil tibi minus proponitur, quam esse eorum dominum: omne rarum, carum, sed nemo tam metis inops, qui credat nullo fudore, nullis impensis immensas divitias acquirendas: In caelestibus. Hoc est ð Christiane, de quo agimus; non est enim illud quod speras ac tibi proponitur, primum terrenum, vile, periturum, caducum, sed ipsius caeli, calcare sidera, lunam pedibus subternere, solem supercandere, regem esse regnorum ætemorum, omnium que Deus possidet, Deum esse omnium Dei divitarum, thesaurorum, ornamentorum, illa cuncta possidere, quasi ornum Dominus simul cum ipso Deo. Perpende igitur signum illud hodie à Christo in monte elevatum.

S. 6: Assumpsit Iesus &c. Tale bonum est caelestis gloria, ut nec desiderari possit, nisi Deus animam virtutibus roborat supernaturalibus.

¶ 17. Nondum Evangelista nobis huius gloriæ exponere celsitudinem, unde sic oritur: Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Joannem, & duxit illos in montem excelsum, s. o. s. Simplex videtur narratio, sed altioribus Theologiæ mysteriis est granda. Primò his verbis videtur: Assumpsit & duxit, Petrum, & Iacobum, & Joannem. Assumpsit

sibi? ipse eos duxit? Num forte in humeros sustulit? An illi non pedibus inceserunt? Assumpsit illos, ut Angelus prophetam Habacuc, vel ut Gabrielus Christum duxit in templum? Assumpsit eum Math. 4. in sanctam civitatem & c. Notat D. Theoz. verbum s. hoc: Assumere significare, quasi ad se sumere. Et D. Tho. proprie dicitur quando quidpiam tollis & eò ducis quò ex seipso non potest pervenire. Proinde 1. 2. q. 9. illo verbo frequentius videtur. Thologia ad ex. q. 3. a. primendum incarnationis filij Dei mysterium, dicitur enim, quod: Assumpsit humanam naturam. Sibi naturam assumpsit humanam, eam ad esse divinum extollens, quod ipsa nullis poterit viribus humanis ad pisci. Ita in S. Scriptura dicitur illi: Assumptus, qui manu fortiori ad illud assumptus est, ad quod nullo modo ex se poterat pertingere. Ita fatetur Ezechiel, de spiritu Angelico: Assumpsit me & elevavit. Deus quoque per prophetam Aggeum: In illa die dicit Dominus, assumam te Zorobabel & c. Et ponam te quasi signaculum: quia te elegi. Idem dicit David: Beatus quem elegeris & assumpsisti. Hoc significat hic verus Dominus est assumptionis vestra.

Hinc intelligo quid dixerit Hieremias verbis Hierosalem plangens excidium: Propheta videtur tibi assumptiones falsas & electiones, q. d. Prophetæ mendaces per uacabant populo quod Deus illos in brachio potenti sibi assumeret, ad res usque ad caelum altissimas, inimicos vero eorum Babylonios ad inferni profunda demergeret humiliter. Hoc verbo videtur Evangelista: Assumpsit id est, sibi potenti sua manu assumpsit, & divinis suis viribus duxit illos, ad locum illum, ubi gloriam suam volebat explicare, quò significet caelestem gloriam quoddam esse bonum tam excellens, ut necdum illud proprijs viribus conloqui, nec quidem eò tendere valeamus, nisi tantas nobis Deus tribuat vires, ut omnem excedant naturæ creatæ fortitudinem. Qui vero sunt illi pedes, quibus anima tendit ad gloriam? Intellectus & voluntas: Non pedibus carnis tendimus (inquit D. D. August.) sed potentijs spiritualibus anime. En quam excellens bonum, caelestis gloria, ut nec intellectus se possit elevari, nec movere ad illam cognoscendam, nec voluntas, ut illam speret, & amet efficaciter, si vires ad hoc, Deus non tribuat supernaturales, & eas quidem efficaciores, quam eas quas habet natura creata intellectum habitu supernaturali fidei confortans, & habitum spei ac charitatis corroborans voluntatem.

Hinc intelliges, quod te scire expedit, qui sint virtutes, & ad quid infundantur. Neque

inteli